

co. Anglofaxonicum puto. C. 14. *Greci in loquendo utuntur articulo, latini vero non — utuntur et gallici articulo, anglici vero multis articulis, et tamen, quod dicimus in anglico, possumus exprimere in latino, ideoque audiui, quando in scholis gramaticalibus eram, quod, quando aliquid prius dicebatur in anglico, quod postea diceretur in latino, solebat a magistro dici: transfer mihi hoc in latinum, quod melius, ut mihi uidetur, dicitur, quam quod diceretur, sicut multi dicunt: fac seu compone mihi istam latinitatem. &c.*

Codicem utrinque ambit *Diploma* membraneum, quo *Petrus de Tassnowicz* Canonicus Ecclesiae S. M. V. in *Wolfframskirchen*

et Rector Ecclesiae Parochialis S. M. V. — — *Paulum de Slawikowicz*, qui Codicis hujus partem, ut vidimus, scripsit, Baccalarium in artibus Vniuersitatis *Pragensis* autoritate sibi a magnifico et potenti domino *Ganfrido de Barra Comite Palatino* delegata Tabellionem creat. Delegatio data est *Rome apud sanctam Mariam in transyberim. Anno Domini millesimo Trecentesimo Sex — — (1363) Indiotione prima die prima mens. Octobr.* Ganfridum Δουδανυ Scotum habeo.

Denique in utraque theca interiori extat *Fragmentum Poematis ethici* in titulos miniatos, ut videtur, olim diuisi. En specimen:

*Quod omnia veniunt de quinque fluminibus.*

*Omnis peccati sunt fontes quinque notati*

*Omne genus sceleris de quinque fontibus exit*

*Primus fons est cor hominis meditatio praua*

*De quo procedit hanc delectatio firmat*

*Consensus sequitur et rem deducit in actum &c.*

CCXLV. VII A. 8.

26 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 333. f. max. quondam *Matthiae Corvini* digna hoc Principe magnificentia, seu calamus, seu penicillum auro coloribusque diuitem spectes, adornatus. *Fol. 1. pag. 2.* hic Titulus in eleganti pictura literis aureis quadratis adparet: *In hoc Volumine continentur Comentariorum Divi Hieronymi in Ezechielem Prophetam.* Supra scutum *Hungariae*, infra Leo stans erectus et

dextro pede anteriori coronam praeferens conspicitur Insigne paternum *Comitatus Bisztricensis.* *Fol. 2.* frontispicium artificiosissime pictis *Provinciarum Scutis*, aliisque parergis splendidum hanc auream exhibet epigraphen: *Incipit Prologus Sancti Hieronymi in Ezechielem Prophetam ad Eustochium.* Litera initialis S. Patris imaginem habitu Cardinalitio continet. Ita et quivis XIV. Librorum ornatum suum in fronte habet. Ad calcem Calligraphus insignis nomen suum adjecit: *Nicolaus*

*colaus presbiter fauentinus scripsit.* Fuerit hic ex illis, quorum *J. Alex. Brassicanus* in *Praef. ad Salvianum. Basil. 1530. Norimb. 1623.* et rursus in *Collect. Maderiana de Biblioth. p. 145.* his verbis meminit: *Matthias rex quatuor insignes librarios Florentiae magnis impendiis alebat.* Quod pictorem nostrum adtinet, *Georg. Vasarium Vite de' Pittori P. II.* edit. Bonon. 1647. p. 359. audiamus; Ita enim ibi de *Gerardo* famoso Miniculatore Florentino: *Miniò alcuni altri libri per Matbia Corvino Rè di Vngheria; i quali soprauenuta la morte del detto Rè insieme con altri di mano di Vante, e d'altri maestri, che per lo detto Rè lauorauono in Fiorenza, furono pagati e presi dal Mag. Lorenzo de' Medici &c.* *Vante* quem appellat, plenius dictus *Attavantes* est celebrer et ipse Florentinus pictor, de quo *suprac. Vasarius p. 270.* quique *Fol. I.* Codicis nostri aduerso nomen suum ita adscripsit: *Attavantes pinxit.* Aliud ejus artis specimen Codice alio videbimus. Praesentem hunc nostrum neque *Martianaeus*, neque *Vallarsius* consuluit, quorum prior haec Hieronymi Commentaria T. III. a col. 697. posterior T. V. a col. I. exhibet.

complectitur: I. *Commentarium Hieronymi in Danielelem. Sec. XIII.* Inscriptio miniata: *Incipit prologus. Beati Ieronimi Presbiteri Super Danielelem Prophetam.* Initium: *Contra prophetam danielem duodecimum librum scribit porphirius &c.* Operis inscriptio et initium: *Incipit Explanatio Beati Ieronimi Presbiteri Super Danielelem Prophetam. Anno Tercio regni ioachim regis iuda &c.* Finis: *tunc querendum est ei quid respondere debeamus.* Lectio proba est, et consonat editae a *Vallarso T. V. Opp. Hier. col. 617.* vel saltem Variantibus, quae ibi in *not.* subjiuntur. Ad C. I. v. 7. nomen *Ioseph* a *Pharaone* datum scribitur *Somnophaneg.* Vacillant et *Graeca* subinde. Vide et *Cod. CCXLIV.*

II. *fol. 31.* manu Sec. XI. sequitur *Claudiani Mamerti* vel *Mamerci Ecclesiae Viennensis* Presb. non Episcopi, ut quibusdam creditum, sed *Mamerti Ep. Vienn.* fratris et adiutoris *Opus de Statu Animae*, vel, ut addit *Gennadius Massil. c. 53. de Substantia Animae*, Libris III. definitum, quo *Fausti Ep. Rbegiensis* Scriptum *de Creaturis*, quod illis *incorporei nihil insit*, confutavit. Obtulit illud *Sidonio Apollinari* *εγγοδιωκτῆ* nondum Episcopo, ideoque ante an. 471. Docet id *Praefatio* epistolaris in *Cod.* nostro absque omni alia inscriptione praefixa: *Praefectorio Patricio Doctissimo et Optimo Viro sollio sidonio. Claudianus.* Initium: *Editionem libellorum mihi quos de ani-*

VI. F. 33. CCXLVI.

417 Codex membraneus lat. non unius Sec. Folior. 175. 4. olim *Monasterij sancti Floriani* (Canon. Reg.) *patauien. dyoc.* sequentia *Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.*

H h

mę